



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De Symbolo. c. 20

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Con conclusione orationis hic modus seruatur. Si oratio dirigatur ad Patrem, concluditur. **P**er dominum n^m r^c, si ad filium Qui viuis et regnas euz deo patre, si in principio orationis fiat mentio filii, cōcluditur. **P**er cunctū si in fine orationis eius fiat metio, Qui tecum viuit, si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur. **In unitate eiusdem Spiritus sancti Deus** r^c. Alia quoque in dicendis orationibus seruentur que superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

Con epistola, Graduali, Alla, et Tractu, ac de Euāgeliō. C. 19.

Post ultiniam orationem dicitur Epistola quā finita, a misericordia dicitur. **Deo gratias:** Post epistolam dicitur Gra-
duale quod semper dicitur prēterquā Tempore paschali, cuius
loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in rubrica Sabbati in
Albis; Post Graduale dicuntur duo Alleluia deinde Versus,
et post versum, unum Alleluia. Tempore pascali quando nō di-
citur, Graduale dicitur aliud Alleluia post secundum Versum;
et quando dicitur **Sequentia:** non dicitur post ultimum Versum,
sed post Sequentiam: A Septuagesima usq; ad Sabbathū san-
ctum, non dicitur Alleluia: neque dicitur in missis de Feria in
Adventu, Quatuor Temporibus, et Vigilijs que ieiunantur, ex-
ceptis Vigilia Matutitatis Domini si venerit in Dominica, et
Vigilia Pasche, et Pentecostes, ac quatuor Temporibus Pē-
tēcostes. Nec dicit in festo Innocentium, nisi venerit in Dñica.
A Septuagesima usque ad Pascha eius loco dicitur **Tractus**,
qui Tractus predicto tempore in aliquibus feriis nō dicitur,
neq; etiam in feriis a Septuagesima usq; ad Quadragesimā
quādo repetitur missa Dominice. Dicto, **Graduali** seu **Alla**,
seu **Tractus**, dicitur, **Euāgeliū**. Et in principio Euāgeliū di-
citur, **D**ix vobis **R**. Ecce cum spiritu tuo, deinde, **Sequentia**
Sci Euāgeliū fīm **H**. **R**. Gloriatibi dñe. in fine Euāgeliū a
ministris dī, **L**aus tibi Ch̄c. Postea, si dicendum est, dī, **Eredo**

Con Symbolo. Cap. 20.

Bymbolum dicitur post Euāgeliū in omnibus Dñicis
per annum, etiam si in illis fiat de festo in quo alias nō di-
cētur. In tribus missis de Matiuitate Dñi, et deinceps usque
ad octauam beati Joannis Apostoli inclusive. In Epiphania,
et per octauam feria quinta in Lēna Dñi. In Pascale Resur-
rectionis,

Rubrice Generales

rectionis, et per octauam. In Ascensione Domini, et per octauam. In Pentecoste, et per octauam. In festo Corporis Christi, et per octauam. In omnibus festis beate Marie, et per octauam. In omnibus festis Apostolorum, et Evangelistarum, et per octauas. In festis Quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosii, Augustini, et Hieronymi, addito festo sancti Thome de Agno. Item in festis Doctorum Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, et Joannis Chrysostomi. In utraque Cathedra sancti Petri, et in festo sancti Petri ad vincula. In festis Conmissionis, et Commemorationis sancti Pauli Apostoli. In festo sancti Joannis ante portam Latinam. In festis Inventionis, et Exaltationis sancte Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabae Apostoli. In festo sancte Marie Magdalene. In transfiguratione Domini. In die octauarum sancti Joannis Baptiste, et sancti Laurentii. In festo omnium sanctorum, et per octauam. In Dedicationibus Sancti Salvatoris, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. In Anniversario Dedicationis propriæ Ecclesie, et per octauas. In die consecrationis Ecclesie, vel altaris. In festis sanctorum quibus dedicata est ecclesia, et ubi habetur corpus vel insignis reliqua sancti de quo agitur. In die Creationis, et Coronationis summi Pontificis, et in Anniversario eiusdem dici. Item in omnibus festis, que in Divinis, et per octauas celebrantur; in quibus ratione Divinis, et Octauas dici debet. Item in festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesie, et in festis principalibus ordinum et per eorum octauas. In Ecclesiis tñ illius ordinis. Itz dñ Credo. In Missis votivis, q̄ soleniter pro re gravi, vel pro publica Ecclesie causa celebrantur.

C De Offertorio Secretis. Orationibus, et Lanone. La. 2.
Post Symbolum, vel si non sit dicendum, post Evangelium dicitur, **Dominus vobiscum**, deinde **Offertoriū** posita fit oblatione cum orationibus, vt in ordinario. Quia oblatione facta dicuntur orationes secretes, secundum numerum orationum que palam dictæ sunt; sed ante primam orationem non dicitur **Dominus vobiscum** nec aliquid aliud, sed dicto, **Suscipiat dominus sacrificium**, absolute dicuntur: neque etiam ante secundam orationem dicitar, **Premitur**. Terminatur autem prima, et ultima oratio, vt dictum est supra in rubrica de orationibus, et secreto